



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

1. Quotuplex sit sigillum? Et an Sigillum sacramentale ita obliget, ne  
injuria fiat Sacramento, ut in nullo vitæ casu, nec etiam pro tuendo Rege,  
vel liberando toto Orbe ab injusta conflagratione ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](#)

## TRACTATVS OCTAVVS

DE

## SIGILLO CONFESSIONIS.

**M**IRABERIS fortasse, amice Lector, me in sequenti tractatu strictiores semper opiniones amplecti, qui tamen in aliis ad exonerandas conscientias benignis libenter adhesci; sed ita meritè faciendum esse duxi; laxe enim opinione circa præsentem materiam odiosum, ac onerosum efficiunt sacramentum. Finitimè, quod facile & leue à nobis reddendum esse, omnis recta ratio expostula, igitur in his materiis quando due adsunt opiniones, semper illa debet amplecti, que faveat Sacramento. Ad cuius sacrosanctum Tribunal alliciendi potius, quām retrahendi sunt paenitentes. Adde quod licet speculatiōne loquendo, multa ex infrascripsis opinionibus contra sacram sigillam sint probabiles; tamen, ut concedant ipsi meti Doctores contrary, ut in præscī sine peccato dēcantur, cum tantis circumscriptiōnibus faciendum est, ut difficile sine aliquo scandalo fieri posse existimat. Recte igitur in hac materia semper à Confessariis in favorem sacri sigilli tenendum esse puto, quibus in mentem adduco factū Iacobi I. Aragonie Regis, qui Gerundensi Episcopi lingua à tergo extrahi imperauit, quod confessionem Regis detexisset, ut refert Aldrete de disciplina tuenda, lib. 2. c. 19. n. 2. digna profectō tanto crimine pēna, si à legitimo iudice inflata fuisset. Caevant igitur silentiarū, ut cum antiquis loquar, ne dent linguarium.

## RESOLV. II.

## RESOLVTIO PRIMA.

Quoniam duplex sit sigillum?

Et an sigillum sacramentale ita obliget, ne iniuria fiat Sacramento, ut in nullo vita casu, nec etiam protuendo Rego, vel liberando toto Orbe ab iniusta conflagratione infringi possit; imo nec etiam violari poterit, quamvis uniuersa Ecclesia, & Fides tota Christiana per impossibile pereat, nisi sacramentale sigillum reueletur? Ex part. 5. tr. 1. Ref. 1.

**S. I.** **R**ESPONDEO duplex esse sigillum, alterum sacramentale, alterum naturale, non quod omnē sigillum sacramentale non sit etiam naturale, sed quod non omne naturale sit sacramentale, vnde sequitur fortius esse sigillum sacramentale, quam naturale, maioremque ac fortiorē esse illius oblationem, quam huius, quoniam obligatio sigilli naturalis solum à Deo, quatenus auctore nature, & ideo à lege naturali in proximorum bonum, introducēta fuit; obligatio autem sigilli sacramentalis introducta est à Christo quatenus Deus est, & auctor gratiae, quia per Sacramentum conferatur. Vnde patet distinctio inter secretum naturale, & sigillum sacramentale, nam secretum naturale cum introductum sit in bonum proximi, in multis casibus non obligat quoniam felicit in detrimentum proximi vergit, temporale, vel spirituale in datum publicum & commune; dictat etiam lex naturalis, ne aliis nocemus, sicut nobis ab aliis noceri nolumus; sigillum vero sacramentale ne iniuria fiat Sacramento, ita obligat ut in nullo vita casu, nec etiam protuendo Rego, vel liberando toto Orbe ab iniusta conflagratione infringi possit, imo nec etiam violari poterit, quamvis uniuersa Ecclesia, & fides tota Christiana per impossibile pereat, nisi sacramentale sigillum reueletur. Ita Doctores omnes communiter.

Quotuplex sit malitia in frangendo sigillū sacramentale  
Et an duplēcē culpam mortalem spēciē diuerſionē  
committat violator sigilli, unam contra Religionem iniuria  
Sacramentum afficeret, reddendōque illud  
odiosum paenitentibꝫ, alteram contra infamiam infamando proximum, cuius delictum oculū predire  
an tenetur in conscientia supradictū violator sigilli  
banc duplēcē circumstantiam confiteri, si duplēcē  
committit culpam lethalem etiam diversa  
specie, qui frangit illiciē secretum naturale, quod in  
infrāmento seruare promisit?

Et notatur, quod tunc committitur hoc peccatum,  
Confessario, quando volens, & aduentus aliquid ex  
confessione reuelat.

Et an in aliquo casu possit Confessarius excusari a re  
tali, quando aliquid diceret ex quadam inadversitate?  
Ex part. 5. tr. 11. Ref. 2.

**S. I.** R Espondeo duplēcē, unam sacrilegij contra  
reuerentiam debitam Sacramento, aliam  
contra iustitiam infamiam, secundum quam tenetur  
seruare secretum cōmissum in confessione & virtute  
malitia est inseparabilis, quia in nullo casu potest re  
uelari secretum confessionis, quin virtute malitia re  
periatur. De prima malitia sacrilegij conflat afflō  
psum, quia semper dum frangitur sigillum, fit iniuria  
Sacramento. Secunda malitia iniustitiae exinde patet,  
quia inter Confessariis & paenitentem intercedit  
virtuale quoddam pacētum de laruando isto secreto in  
omni casu, & sine villa exceptione eius: ergo viola  
tio cum semper sit iniusta, semper inducit peccatum  
contra iustitiam infamiam. Cum igitur duplex ac ge  
minata malitia in delicto regulationis sigilli sacra  
mentalium inueniatur, sequitur etiam duplēcē culpam  
mortalem specie diuerſionē committi à violatore si  
gilli, alteram contra Religionem, initia Sacramen  
tum afficerendo reddendōque illud odiosum paenitentibꝫ;  
alteram contra iustitiam infamando proximum,  
causam